



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangeliō depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 8. Vt inter cœnam de scandalo Discipulorum, & Petri negatione
prædixerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)



MEDITATIO OCTAVA.

VT INTER CAENAM DE
scandalo discipulorum, & Pe-
trinegatione pre-
dixerit..

EVANGELIVM.

Ene. 22..

ACTA est autem &
contentio inter eos,
quis eorum videre-
tur esse maior. Dixit
autem eis Iesvs: Re-
ges gentium dominantur eorum, &
qui potestatem habent beneficij vo-
cantur. Vos autem non sic: sed qui
maior est in vobis, fiat sicut minor,
& qui præcessor est, sicut ministra-
tor; vt ego, qui in medio vestrum
sum sicut qui ministrat: Vos autem
estis, qui permanistis mecum in tri-
bula-

bulationibus meis, & ego dispono
vobis, sicut disposuit mihi Pater, re-
gnū, vt edatis & bibatis super men-
sam meam in regno meo; & sedea-
tis in maiestate super thronos iudi-
cantes duodecim tribus Israel. Fi- *Ioan. 13.*
lioli adhuc modicū vobiscum sum.
Quæretis me, & sicut dixi Iudæis,
quò ego vado, vos non potestis ve-
nire. Et vobis dico modo. Dicit ei
Simon Petrus; Domine quò vadis?
Respondit I E S V S: quò ego vado
non potes me sequi modo. Dicit ei
Petrus: Quare non possum te sequi
modo? Animam meā pro te po-
nam. Responditei I E S V S: Simon, *Luc. 22.*
Simon, ecce Satan expetiuit vos, vt
cribaret, sicut triticum. Ego autem
rogaui pro te, vt non deficiat fides
tua. Et tu aliquando conuersus con-
firma fratres tuos. Tunc dixit illis
I E S V S: Omnes vos scandalum pa- *Matt. 26.*
tiemini in me ista nocte. Respon-
dens autem Petrus ait illi: Etsi om-
nes scandalizati fuerint in te, nun-
quam scandalizabor: tecum para-
tus sum in carcere, & in mortem
ire.

74 MEDITATIONES

Marc. 14.

Respondit ei I E S V s: Amen dico ti-
bi, Petre, in hac nocte, priusquam
gallus bis vocem dederit, ter me es-
negaturus. At ille amplius loqueba-
tur: Et si oportuerit me mori tecum,
te non negabo. Similiter & omnes
discipuli dixerunt.

HIS peractis, Dominus sermonem
habuit bene longum, exhortans dulcis-
simè Discipulos ad suum, & mutuum
inter ipsos amorem, promittens missu-
rum se alium paracletum, qui maneret
cum ijs, & doceret eos omnem verita-
tem. Deinde pacem illis impertivit, ex-
hortans ad unitatem in ipso, qualis est
palmitis in vite, ut maiorem fructum
ferant. Adhæc prædixit illis persecu-
tiones & aduersitates, quas pro ipsius no-
mine essent percessuri; ad quorum per-
secutionem eos suo exemplo animabat.
Postremò orationem ad Patrem insti-
tuit, petens, ut eos custodiret, sanctifi-
cariet, & ab omni malo custodiret, ut ipsi
vnum essent, sicut C H R I S T V S ipse cū
Patre est.

FIGVRÆ.

Gen. 48.
& 49.

MORITVRVS Patriarcha Iacob,
stantibus in orbē omnibus filijs, pra-
tulit

tulit minorem fratrem Ephraim, maiori
Manassie; deinde cum multa futura pra-
dixisset, bene illis precatus est.

CONSIDERATIONES.

VIDE discipulorum in optiam. Tem-
pore alienissimo, cum magistro iam
supplicia & mors imminerer, cum is
prodictionem machinaretur, qui unus
ex ipsis esset; tristia autem negotia, do-
lorem & moriendi cum Christo deside-
rium potius omnibus adferre deberent:
illi interim horum omnium obliiti, ma-
ximeque immemores, quo exemplo pau-
lo ante ad altissimam humilitatem illos
excitasset Magister, ambitiosis conten-
tionibus inter se pugnant, quis illorum
esset maior. O inanes hominum men-
tes, quam parum efficere aut consistere
possimus, si auxilia & fundamenta gra-
tiae nobis absint!

Considera contra Saluatoris benigni-
tatem & lenitatem. Non succenset dis-
cipulis, non asperè in eos inuehitur, non
exprobrat, quod tamen exiguum erga
se demonstrarent amorem: sed monet
familiariter, & amicissime illos docet:
primò ambitionem, vitium esse homi-
nū ethnicorum, & secularium: deinde
suum exemplum in medium producit,
quod

76 MEDITATIONES

quod cum esset is, qui erat, tamen de-
mittat se ad humilia seruorum officia.
Tertiò promittit illis honores alios &
Regnum quoddam cœleste, longè præ-
stantissimum. Ex quibus intelligere est,
quam utilis & necessaria sit humilitas,
quando Christus, ipso vitæ exitu, tanto-
perè eam verbis, exemplisq; commen-
dat & inculcat.

Considera, quam tener fuerit Christi
in discipulos amor. Et si enim illi nequa-
quam in amore paria facerent: tamen,
quod se fideliter secuti, in temptationibus
cum ipso permansissent; promittit illis
præmium, non amplitudinem, & opes
terrenas, ut olim antiquis Patribus, sed
regnum quoddam cœleste, & regnum
illud ipsum, quo ipse ab æterno Patre
præmij loco donandus erat. Quid hoc
honore maius concipere potest mens
hominis? quam maiorem potentiam
desiderare, quam ut ipsius præmia æqua-
sint præmijs filij Dei? ut cohæres sit
Christi, & comedat de mensa Christi
cum ipso? atque adeo sicut ipse alibi ait.
Faciet Dominus seruos suos discubere,
& ipse seruilem in morē cinctus ijs mi-
nistrabit. O quam exiguo labore tantū
nobis bonū possumus comparare! Fe-
lix anima, quam ad sibi seruiendū Chri-
stus

Rom. 8.

Luc. 12.

ftus vocat, eamque sua gratia iuuat, ut
patiatur, & perseveret cum illo in tenta-
tionibus usque ad finem: ut postea di-
gnam eam efficiat, quæ secum gaudijs
& regno sempiterno fruatur.

Omnis vos, inquit, ha nōcte scan-
dalum patiemini in me. Vide quomodo ta-
citis incrementis angores in peccore Sal-
uatoris augeantur. Paulò ante turbatus
est, quod vñus de suis eum proditurus
esset, iam dolet, quod omnes in eo scan-
dalum passuri sint; quodque mordet
acrius, cum is quem reliquis omnibus
ipse præposuerat, post paulò tam con-
temptum ipsum negaturus, atque adeo
adiuraturus sit, non nosse se hominem.
Vide ut ubique nouas mœroris cauſas
bonus I E S V S inueniat. Si se conuertit
ad Patrem, videt illum exerto iustitiæ
gladio, vibrare ictum in se propter pec-
cata nostra: si ad Matrem, tam videt il-
lam sui amore merentem, ut ipsa potius
consolatore indigeat, quam ut quicquam
consolationis adferat Filio: Si ad amicos
& discipulos, videt mox fore, ut omnes
scandalizati ipsum destituant: si deni-
que ad fructum suæ passionis, ut saltem
ex ihs, quibus salutem daturus esset, non
nihil capiat solatij, eheu! Domine mi,
quam raros videbas fore, quibus tam
acerba

78 MEDITATIONES

acerba supplicia prodeßent: at contrâ quanto cum dolore animi tui videbas, tam multos fore, qui passionem hanc tuam contemnerent, & pedibus conculcarent.

Etiam si omnes scandalizati fuerint,
inquit Petrus, *ego nunquam scandalizabor: & si necesse erit, tecum & in carcerem & in mortem ibo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.* O Redemptor mundi, quâm grandes tibi ostentant animos discipuli tui; quos mox abiciunt! quantum inter dictum & factum interest! Oratio sanè illorum erecta: facta verò debilitata concidunt. Affirmant mortem pro te obituros, neque vñquam te relicturos: mox ipsi fugiunt, tu pro illis mortem suscipis. Sed sufficit tibi, Domine benignissime, quod quæ modò pollicentur, ea reponas in sequentia tempora cum post tuam Ascensionem, toto orbe dispersi, martyres pro te morientur tum præstabunt, quæ modò pollicentur: tum pro amore tuo ad carceres & ad mortem ibunt, at modò ne exige ab illis promissa: omnia enim contra quâm dicunt, facient. Miseri discipuli; imminet hora, hora illa tenebrosa, quæ in vobis obscureret lucem fidei, & vos vobis, quam sitis infirmi & im-

per-

perfecti, aperiat. Ambulatis iam vna simul via, mox per multas diuersi fugietis: ambulatis iam vt fideles discipuli cum Magistro; mox & fidelitate & Magistro carentes reuertemini.

COLLOQUIVM.

PE TES à Christo per illam benignitatem & patrium amorem, quo misertus infirmitatis suorum discipulorum, spirituali morbo medicinam fecit, ne sinat te vlo vnquam vento superbiæ inflari, neque vlla tentatione à cœpta ipsius seruitute depelli: sed vt cognita tua imbecillitate & inconstantia, in solo ipso spem ponas, illi soli adhæreas, vt gratiâ ipsius adiutus & confirmatus, euadere possis omnes Diaboli insidias, & securus ad regnum illud pervenire, quod parauit ijs, qui humiles sunt corde, & amore ipsius constantes in temptationibus & miserijs huius vitæ persistiterunt.

DOCUMENTA.

1. **Q**VANDO QVIDEM non puderit Christum suis servire discipulus, nos item, si pudet alterius cuiusquam hominis imitari humilitatē, Christi saltem

30 MEDITATIONES

tem humilitatem imitari non pudeat.
2. Apostolis promisit Christus regnum, non quod ipsum secuti essent, sed quod si-
cum in temptationibus permansissent. Pa-
rum est bene coepisse, nisi perseveres; neq;
is qui tantum equitur Christum, sed qui
patitur & affigitur pro ipso, afficitur pa-
nijs.

3. Diabolus cupidus temptationibus cribra-
re omnes homines, sed imprimis seruos
Christi ab illo ad aliorum utilitatem &
auxilium destinatos. Vigilemus ergo, quia
non dormit inimicus.

4. Christus rogauit pro Petro, ut con-
versus alios confirmaret. Et nos, si quam
à Domino gratiam consecuti sumus, non
eam pati debemus ociosam esse, sed adhi-
bere ad auxilium & salutem aliorum.

5. Ne putemus nos esse tutos, quantum
eunq; in virtutibus processisse videamur,
sape enim occidit, ut qui reliquis virtutis
longè antecellere putantur, surpius cor-
ruant.

6. Permisit Dominus Petrum colum-
nam illam magnam labi, pro nostra in-
structione. Primum ut disceremus no-
bis fidere, aut de nostris viribus magni-
cè sentire, nostra inbecillitate cognita.
Deinde ut plus Christo, iisq;, qui vice
ipsius nobis presunt, quam nostro iudicio
creda-

credamus. Tertio ut imprudentem eorum audaciam reprobaret, qui res magnas scire, & facere melius quam alijs volunt. Quartò, ut quibus aliorum cura & gubernatio commissa est, suo experimento discant, quomodo subditoriis infirmitatibus, si quando labantur, compati debeat.

MEDITATIO NONA.

DE CHRISTI ITINERE ad hortum Gethsemani.

EVANGELIVM.

GEC cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis secundum consuetudinem trans torrentem Cedron in montem Oliveti, & venit in villam cui nomen Gethsemane, vbi erat hortus, in quē intravit ipse & discipuli eius; quibus ait: sedete hic donec vadam illuc & orem: &

E . assum-

Matt. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

Ioan. 18.